



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 9011826X

§. 17. S. Elisabetha Lusitaniæ Regina.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)

cura praeditum administret nemo, cui Sæcul. XIV.
Episcopus id non speciatim commiserit. A. C. 1325.
Nullus Clericus bona, quæ acquisiverit
ab Ecclesia, liberis suis seu per donatio-
nem inter vivos, seu testamento con-
ferat. Sacerdotes pecuniam pro sacris
faciendis non exigant: sed accipere po-
terunt, quod benigne sibi sine ulla pactio-
ne oblatum fuerit.

c. 5.

c. 6.

§. XVII.

S. Elisabetha Lusitanæ Regina.

Dionysius Lusitanæ Rex e vita demi-
gravit die lunæ 7 Jan. 1325, post-
quam quadraginta quinque annos re-
gnaverat. Ad viduam ejus S. Elisabe-
tham Papa epistolam consolatoriam da-
bat 1 Martii eodem anno. Hæc Prin- *Mariana.*
ceps post mortem conjugis mox cœpit l. 15. c. 18.
suæ pietatis instinctus libere sequi, & S. *Vad. 1325.*
Claræ filiarum vestem gerere, quam as- *n. 7. 12.*
servaverat hoc fine, vel ut in ea se- *Rayn. eod.*
peliretur, si prior ipsa obiret: hanc, in-
quam, vestem induit, ac per omnem vi-
tam reliquam gestabat. Ex Petro III *Baillet.*
Rege Arragonum & Constantia Sicula g. *Jul.*
Manfredi filia anno 1271 nata Elisabethæ
nomen accepit in honorem S. Elisabe-
thæ Hungaricæ promaterteræ suæ. An-
nos octo habens, magnum Ecclesiæ offi-
cium quotidie recitare cœpit, pergebat

n. 16.

Q 5 que

Secul. XIV.

A.C. 1325.

que per totam vitam suam. Duodecim
aetatis annos numerans nupsit Diony-
sio; nec in regia dignitate vel assiduas
preces, vel jejunium suum minuebat quam
creberimum, utpote colebat ter qua-
vis hebdomade, per totum tempus do-
minico adventui sacrum, a Natali S. Joa-
nis usque ad anniversariam Assumptae
in coelum Virginis memoriam, & a solenni
Angelorum cultu usque ad festum S. Mi-
chaëlis præter dies ab Ecclesia præstitu-
tos. Stipem augebat pro ratione bono-
rum, de quibus poterat statuere.

Singulari animos reconciliandi facul-
tate pollebat. Dux Alphonsi cum
Rege Dionysio fratre suo controversia de
quibusdam prædiis bellum civile regno
intentabat. Pia Regina se præbebatau-
thorem pacis, quam ut redderet faci-
liorem, aliquos sui juris fundos cedebat.
Illa contentio Ulyssipone Nobilium Or-
dinem inter & cives tumultum commo-
verat: jamque corriperant arma; cum
insidens mulæ Regina venit, & duas in-
ter factiones media verbis lacrymisque
suis sedavit turbas. Rex Dionysius cæ-
teroquin a justitia, fortitudine, ac libera-
litate sua æstimabilis concubinas publi-
ce alebat. Elisabetha injuriam sine
querimonia ferens, charitatem suam us-
que eo extendebat, ut liberos e commer-
cio tam malo genitos haberet curæ. Tan-
dem

dem per patientiam ac preces suas obti- Sæcul.XIV.
nuit a Deo, ut Rex suus maritus ad bo- A.C.1325.
nam sese frugem reciperet.

Jacobum quoque Regem Arragonum fratrem suum cum Rege Castiliæ Ferdinando suo genero, & istum cum Dionysio Rege Lusitaniæ conjugé suo in gratiam restituit, hoc modo pacem inter cunctos Hispaniæ Principes Christianos consciens. At cum Alphonsus Lusitaniæ Princeps in Regem patrem suum insurgeret, distractos in concordiam reducere studens Regina se ipsam Regi suspectam reddidit de nimio favore in filium. Immo rem ille sibi tam persuasam habuit; ut insontem redditibus privatam in oppidum Alangueriam, ubi ea possidebat domum, relegerat. Indignabantur multi Proceres, ac Reginæ pecuniam, copias, & arces offerebant. Sed ipsa abhorrens a consilio, ut suo Domino fideles persisterent, hortabatur. Demum ab errore deductus Rex in aulam revocavit conjugem, veniamque tum ab ea solenniter petiit, tum filio dedit in illius gratiam. Dionysio vita functo successit Alphonsus: ac Elisabetha in Conimbricensi Virginum S. Claræ coenobium, quod condiderat, se abdidit.

§. XVIII.